



Disputatio medica inauguralis de paralyssi

<https://hdl.handle.net/1874/345135>

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE

PARALYSI,
QUAM

PRÆSIDE DEO TER OPT. MAX.

Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

JACOBI VALLAN,

M. D. Praxeos & Institut. Med. Professoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academici Consensu, Nobilissimæque

Facultatis MEDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS;

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

JOANNES VANDEN BOSCH, AMSTELOD.

Ad diem 15. April horâ locòque solitis.




TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae

Typographi, clō Ioc xci.

Clarissimo VIRO,
ADRIANO SILVIO,
J. U. D. Vigilantissimo fra-
tri dilectissimo omni amore
colendo.



*Hanc Disputationem Inauguralem
est animo, eo quo par*

dicat & offert

JOANNES VANDEN BOSCH,

AUCTOR.
Typographi, etc. etc.

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

D E

PARALYSI.

THESIS I.



Paralyfis est privatio sensus & motus, variæ illius sunt differentia, vel cum omnes, quæ sub Capite sunt occupat partes & paraphlegia dicitur, vel dimidiam tantum corporis partem, & hemiphlegia vocatur, vel unicam tantum partem obsidet & Paralyfis particularis appellari solet.

I I.

Duplex iterum Paralyfis constituitur, una perfecta, in qua sensus & motus omnino abolentur, altera imperfecta in qua functiones istæ tantum minuuntur; & si levis sit earum imminutio non Paralyfis sed torporis & stuporis

A 2

nomen

4 DISPUTATIO MEDICA

nomen obtinet, & quasi via ad veram Paraly-
sin.

I I I.

Alia est species imperfectæ Paraly-
sin, quando motus laeditur illæso sensu, vel vice versa.

I V.

Hæ prædictæ partes læsæ satis nobis indi-
cant, quænam illa debet esse causa, quæ tot &
tanta mala producere valet, præsertim si in me-
moriâ revocemus omnem sensum & motum
per Spiritus animales continuo & cum volu-
mus ope nervorum ad partes motui & sensui
inservientes, fluere.

V.

Causa hujus procatartica duplex statuitur,
interna scilicet & externa.

V I.

Ad causas externas habetur aer frigidus, uno
verbo omnia, quæ frigore suo partes læde-
re va-

INAUGURALIS.

re valent, præsertim si corpus aliquo motu vehementi prius incaluerit.

VII.

Ad causas internas possumus adferre sanguinem lentum & viscosum, qui a variis modis produci potest, verbi gratia: Scorbuto, & aliis.

VIII.

Causa proxima est defectus animalium Spirituum in organis motui & sensui inservientibus, qui fit vel ipsorum, vel meatuum vitio & defectu.

IX.

Spiritus qui ex subtilissimis particulis aeriis, salinis, acidis, oleosis, ramosis, aquosis & aliis componuntur; ex dictis causis externis incassantur & segregationem patiuntur, hinc in quibuscumque partibus nervosis obstructio oriri potest.

X.

Obstructa nunc vasas nervosa præbent occasionem in capite non solum, sed in omnibus corporis partibus, ut non sufficienti copia hi Spiritus animales ad partes affectas demandari possint.

X I.

Non sufficienti etiam copia, & nimis crassi producuntur, cum sanguis sit nimis particulis viscidis & lentis repletus, nam cum sic constitutus & circulatione ad cerebrum propellitur, fieri potest ut in aliquibus partibus cerebri vix aliqui spiritus possint separari, & qui adhuc separantur visciditate sua obstructiones in nervis componunt ut vix febrillæ illorum extendi possunt, & sic prædictum affectum producunt.

X I I.

Hinc oritur etiam differentia nostri affectus, nam quanto major est nervorum obstructio & visciditas spirituum, & quo magis meatus nervorum sunt compressi, tanto major noster affectus erit.

XIII.

X I I I.

Signa cum sint tam aperta explicatione nulla indigent, cum symptoma Paralyseos sit actionis læsæ sui ipsius index, cum pars affecta motu sensuque orbata languet, atque mollis & fluxa, & labitur cum erigitur.

X I V.

Ad prognosim prædicti affectus dicere possumus vix in senibus & raro curari, præsertim cum diuturnus fuerit & patiens cachecticus, quod eodem modo etiam de aliis, quamvis sint minoris ætatis effari possumus.

X V.

Curatio toties erit varianda, quoties radix hujus morbi alia atque alia erit, & generaliter decoctis, sudoriferis & diureticis, & medicamentis aromaticis; volatilibus repletis, internè & externè adhibitis adde quod balneum siccum: præsertim si a causa externa hoc malum originem suam non solum duxit sed etiam ab hac causa recens, sic maximi usus est.

COROLLARIA.

I.

Dari fermentationem in sanguine ex ejus calore abundè patet.

II.

Præcipuus sanguinis motus à vi aëris elastica dependet.

III.

Præcipua pars spirituum animalium aër est.

IV.

Non omnes morbi præsupponunt obstructions.

V.

Præcipua causa chylicationis constrictio stomachi est.

CO.
F I N I S.